Quelle: http://manuscripta.at/?ID=40516
Copyright: Melk, Benediktinerstift





rorat. Nam lacrimis struit insidias dum femina ploat.

Utere quesitis opibus cum sumptibus habundat.

Copiose suppellectilis ditatus beneficio, tanto regiminis ordine commissa tibi beneficia modereris ut nec superfluitatis vicio nec tenacitatis nominatus infamia perfectionis medias valeas obtinere. Nam dum inutili ac supervacua prodigalitate possessa distribuis in sapientie domum ingrediens fatue prodigalitatis vocabulum assequeris. Indeteriora ruiturus pericula. Nam experientia docente cognovimus quod ab opulentia in sterilitatem colapsi subito carentes proprijs in alienorum appetentia rapiuntur. Qui sua consumunt cum de est aliena sequuntur.

Fac tibi preponas mortem non esse timendam.

Mortis imperium a cuius iurisdictione nullus eximitur. Valida mentis constantia prestolari contendas, que si nichil utilitatis humane consideratione preferat est tamen humane vexationis remedium et mundanum casus terminus ac laborum. Que bona si non est finis tamen illa malorum.

Uxoris linguam si frugi est ferre memento.

Preciose confectionis aromata vasis interclusa fictilibus nichil ex continentis vasis in pecia sibi diminuunt de valore. Erigitur tue uxoris animum sapientie balsamo redundare cognoveris, eius consilia prudentie firmitate subnixa ne memineris aspernari. Sed tamquam sugens mel de petra oleumque de saxo durissimo, ne duplicis turbulentie mordeatur angaria dum nec loqui permittitur nec silere. Nam quod malum est non velle pati nec posse tacere.

Dilige non egra caros pietate parentes